



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. XXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

ANNOT. IN HIOB
nēlui Draconū, et luctū quasi Struthionū, quod no-
dicere solemus, quasi & eos mugio, et quasi leo, rugo

PELLIS MEA DENIGRATA.

Hoc est, ardor iudicij diuini, non tam animæ ulti-
quam coporis partes, pellem & ossa consumit. Si
Thren. 5. PELLIS NOSTRA QUASI CLIBANUS EXUSTA EST.

ET FACTA EST AD LVCTVM.

Id est, omne gaudium mihi uersum est in luctum,
id quod impius minatur spiritus, Amos 8. Conuertam
festinatates uestras in luctum, et omnia canticaue-
stra in planctum.

CAP. XXXI.

PActum pepigi cum oculis meis, ut ne
cogitarem (quidem) de uirgine.

Quod ergo præmium Dei pro illo, &
quaꝝ hæreditas omnipotentis de excelsis
(propter illud) ?

Nonne calamitas iniquo, & adflistio
faciet iniquitatē (iustius contingeret) ?

No nne ipse confyderat uias meas, &
omnes gressus meos dinumerauit ?

Si ambulaui in uanitate, & festinauit
ad dolum pes meus.

Appendat

C A P I T I S X X X I 218

Appendat me in stateram iustitiae, &
cognoscet Deus innocentiam meam.

Si declinavit gressus meus de via, &
post oculos meos anibulauit cor meum.
& si in manibus meis adhæsit quicquā.

Tunc seminem, & aliis comedet, ac
gimen meum eradicet,

Si motum est cor meum erga mulierem,
& ad ostium proximi mei insidias
tus sum.

Succumbat alteri uxor mea, & super
eum incuruentur alieni.

Hoc est scelus, & haec est iniq[ue]itas iu-
dicum (sententiæ obnoxia).

Hic est ignis usq[ue] ad perditionem de-
vorans, & quæ iniq[ue]itas omnem proue-
tum meum eradicaret.

Si spreui iudicium serui mei, & ancil-
la mea, dum contendebant mecum.

Quid enim facerem, cum surgeret
Deus & cū uisitaret, qd responderē eis

Nonne qui fecit me in uentre, fecit &
ipsum parauit eum in uulua idem (De-
us qui & me fecit) ?

Eccl

ANNOT. IN HIOB

PACTVM PEPIGI. Hoc capite enumerauit Hiob iusticias suas, non ut carnali fastu aduersus Dominum glorietur, sed ut contra amicos suos declareret, se sine merito peccati a Domino flagellatum: preterea, ut et nos doceamur, nullū, quālibet sanctū, posse in iudicio Domini cōstare. Si enim Hiob tantis iusticijs, quantæ hic enumerantur, nō potuit graue Domini iram effugere, quanto minus iniustior effugiet? Primum itaq; aut, se nō solum nō mœchatū esse, sed neq; concupisse uirginem, ac oculos suos eruisse, hoc est, cum oculis pactum fecisse, ne uirginis adspectu offenderetur: ita enim docet in Euangeliō Christus: Si oculus tuus dexter obstatu fuerit, erue illum, et abiice abs te. Porro oculum eruere et abiecere, non est oculos cultro externo effodere, sed cordis concupiscentiam, per fidē mortificare, qua mortificata, eruitur est etiam oculus corporalis, ne aspectu mulierū nos scandalissemus: adeoq; hoc est pactum facere cum oculis, malum cordis fermentum, per fidem expurgare, nam lex adulterij, non solum opus, uerum etiam concupiscentiam prohibet, Math. 5. Audistis quia antiquis diutum est, non committas adulterium: at ego dico uobis, quicunq; aspergerit uxorem alterius, ad concupiscentium eam, iam adulterium cum ea commisit in corde suo. Quod uero Hiob de castitate sua gloriatur, cum tamen maritus fuerit, et uxorem ac liberos haberet

Oculos cru-
ere.

habuerit, ut supra capite 1. significat matrimonio suum esse castitatem, ut & Paphnicius dixit castitatem esse concubitum uiri, cum propria sua uxore.

QVOD ERGO PRAEMIVM DEI &c.
Id est, ubi est ergo merces mea, quod castissime uixerim? quod datur mihi ab omnipotente, qui in excelsum habitat, præmium, propter uitam meā bene actā? frustraneum certe uidetur, quod uixerim iuste, quādō nūl minus adfligar, quā flagitosissimus quisq;. Hęc autem uox, nō est fidei se humiliantis, quae omnes hominis uires, in manum Domini adfligentis, obsequentes & captiuas tradidit, sed potius indignationis, sic enim aduersus Deū stomachantur, quotquot ab eo derelicti, in grauias supplicia coniecti sunt.

NONNE CALAMITAS INIQVO &c.

Qui male egerint, inquit Scriptura, peribunt, cur ergo ego innocens, & nulli culpæ affinis, adfligor? calamitas & afflictiones debentur impijs, & facientes iniuriam. Quare igitur me obruunt, cū nihil minus q̄ impius fuerim? Eadem blasphemia cū priori.

NONNE IPSE CONSIDERAT &c.
Id est, quoniā Deus est scrutator rerum & cordū, ipse mihi testis est, quod bene uixerim, & in mādatis eius ambulauerim, qd igitur me tam horrēde cruciat.

SI AMBULAVI IN VANITATE.
Invanus est, cui simile habes. Psal. 7. Domine deus

Eccl. 3

A N N O T . I N H I O B

in meus, inquit David, si feci istud, si est iniquitas
manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala,
decidam merito ab inimicis meis inanis: ita et Hiob ad
si unquam ambulauerim post uanitates mentis mee,
carnis concupiscentias secutus: & si unquam prox-
imum meum sycophantijs decepi, tunc merito puniar:
sem in eum, et alius comedat, hoc est, me ipsum deuoue,
diris supplicijs, si unquam male egerim. Porro quod
dicat: pedem suum non festinasse ad dolum, exponit
leges de furto & homicidio, quibus non solum furii
& homicidij exterritum opus, uerum etiam infideli,
doli, sycophantiae, & animi concupiscentia prohibe-
tur: Sed unde Hiob purus fuit ab his flagitijs? an ex
Fides purificat proprijs viribus? absit: quid enim possent humane
uires, Sathan & vinculis captiuæ? sed ex fide, fides eni-
cor purificat, & alienam (qua est Christi) iusticiam,
ad sece attrahit, qua attracta, homine non tanquam
auctore, sed tanquam instrumento utitur: nam ut
fuscat mortuos, & sanare agros, Dei dona sunt,
qua interim per homines fiunt, no ut auctores (horum
enim omnium Deus auctor est) sed ut instrumenta: ita
iustum esse, aut iusta facere, donum Dei est, ex fide;
quod Deo auctore, per hominem instrumentum fit.
Proinde, quod ex David in septimo Psalmo, & hoc
loco Hiob suas iusticias tacet, no de suis viribus glo-
riantur, sed Dei dona commendant.

APPEND

APPENDAT ME IN STATERAM,
Nihil uereor iustitiae meae, modo iustitiae regula
et equilibrio, non potentia et maiestate me Deus
adgreditur, inueniet enim me, purum et sanctum,
uirreprehensibilem.

SIDECLINAVIT GRESSVS MEVS
DE VIA. In lege iudicibus et Magistratui praecipitur, ut iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent, nec respiciant personam, nec accipiant munera, excacant enim munera, oculos etiam sapientum. Itaq; Hiob, quia Magistratum gesset, ut se nunquam in iudicio, a recta via declinasse, nec personam respexisse (quod hoc loco post oculos ambulare dicitur) nec munera accepisse, ut iudicium perverterit: personam enim et munera, in iudicio respicere, non solum sacris literis, sed etiam Ethnicorum historijs, execrabile censetur, ut Iustinus in Demonstracione apogeyouarχie patientis, historia scribit.

SI MOTVM EST COR MEVM.

Supra de stupri concupiscentia, hic de opere eius loquitur: si unquam autem moechatus sum, moechetur et uxor mea cum alio, supplicium enim maritorum impudicorum, est uxor adulterans.

HOCE EST SCELVS. Et c. Explicat quare
grave sit adulterij crimen, tantum enim scelus, tam
cum flagium est, ut iustissime ab huius seculi iudicibus

Ec 4

ANNOT. IN HIOB

punitatur, sic enim & lex habet, Deut. 22. Si dormi-
rit vir cū uxore alterius, uterq; morietur, & adul-
& adultera. Similiter Proverb. 6. Non est probro-
si, cum esuriens furatur, ut uitam sustentet: nam de-
prehensus uel septuplum, aut rem familiarem suam
universam rependerit: at stulti cum mœchantur, uti
amittunt, plagam & dedecus auferunt, nec ignomi-
niā unquam abolere possunt.

HIC EST IGNIS VSQVE AD PER-
DITIOMEN. Perseuerat in exaggerando adul-
terij crimine, dicens: adulterium est ueluti ignis, omnia
coniugum bona absument, ac prorsum deuorans, illa
supra cap. 24. Dissipatur leuitate substantia fornicas-
torū, in terra nō ædificant uiam uinearū: & Prover-
7. Ne expatietur ad uias scorti cor tuum, neq; ingre-
diaris seminas eius, multos enim sauciat ac stravit,
& omnes fortes iugulauit: domus eius, uiae infero-
rum sunt, illa ad mortem iter est.

SI SPREVI IUDICIVM SERVI MEI.

Quādo Domini in seruos & ancillas, quales apud
maiores fuerūt, potestatem habeant, non licet seruis
etīa iniuria affectis, dominos suos, in ius uocare. Pro-
inde Hiob inquit: nullam unquam iniuriā serui &
Serui non cō- cillae meæ, à me paſti sunt, usq; adeo, ut nanq; cū ipſis
temnēdi pro- iudicium detrectassem, ut maxime ipſis non licuerit,
per Dominū me in ius uocare, nam quanquām impune potuſsem
eos

cos pro mea libidine & tyrannide , tractare , utpote
 seruos in meam potestatē , aut iure belli & captiuitatis
 illis , aut emptione redactos , nolui tamen quicquā gra-
 uis inferre , propterea quod timebam Dominum : Ita
 cūfset quidem coram mundo , & legibus humanis ac
 impunetulissim , sed quid respondissim Domino ad u-
 dicium eius uocatus ? aut cor eos affecissim iniuria ,
 quam cum habent eundem cretorem ? qui iisdem Dei
 manus , quibus ego in utero materno formati sunt ?
 O m̄ Paul. ait , pro quibus Christus mortuus est : nam
 quam fortuna , non natura , eos fecerit seruos , cur pro
 p̄ter fortunam , eos contemptiores habuissim ? Ad hūc
 modum admonet etiā Paulus , dominos carnales : uos
 domini , inquit , æquitatem & equabilitatem , seruis
 exhibete , scientes , quod & uos habeatis Dominū in
 celis , apud quem nullus est personæ respectus .

Si negaui quod cupiebant pauperes ,
 & oculis uiduæ non satisfeci .

Si comedí buccellam meam solus , &
 non comedit pupillus de ea .

Quoniā ab adolescētia mea , magni re-
 putata est , apud me compatientia , & ab
 utero matris meæ complexus sum eam .

Si uidi pereunte , propterea quod non
 habuerit uestē , & nō fuerit tegumētum
 egeno .

S e s

ANNOT. IN HIOB

Si nō benedixerint mihi latera eius
dum de uellere agnorū meorū calefierū

Si cōmoui contra pupillū manū meā,
etiam si uidebam in porta potentiam meam.

Humerus meus de scapula decidat,
brachium meū de calamo conteratur.

Quoniam timebā afflictionē Dei su-

per me, & onus eius (ferre) nō poteram,

Si posui aurum fidutiam meam, & li-

aureæ massæ dixi, spes mea.

Si lātatus sum, quod multam substan-

tiam possiderem, & quod magnifica in-

uenisset manus mea.

Si uidi lumen cum splendebat, & lu-

nam clare incidentem.

Si gloriatum est cor meum in abscon-

dito, & oscularus sum manum meam

ore meo.

Quæ & ipsa est iniqüitas iudicaria, nō
enī ipso abnegasset Deum desuper.

Si lātatus sum in ruina odientiū mei,
& eleuauit me, quod apprehendisset eum

afflictio.

Non enim dedi ad peccandum maxil-

lam meā, ut peterē maledicere aniæ suæ,
alefieri
nū mo
potenti
cidat,
ratur.
Dei su
pteram
m, & li
Substan
fica in/
, & lu
abscon
meam
ia, no
uper:
ū me,
et eum
maxil
lan

Si non dixerunt uiri tabernaculi mei,
quis det de carne eius, ne saturemur?

In platea nō pernoctauit peregrinus,
ostium meum uiatori adperiebam.

Si occultauī sicut Adā scelus meū, ut
abscoderē in abscōdito iniquitatē meā

Si expauī multitudinem ingentē, &
contemptus cognatorū terruit me, si ta/
cui non egrediens ianuam.

SI NEGAVI, QVOD CVPIEBANT.

Dicim, inquit Christus, omni pentente, & cupi
tum mutuam adcipere, ne auerteris.

SI COMEDI BVCELLAM &c.

Sic Esaias inquit: frange esurienti panem tuum,
genos & uagos introduc in domum tuam.

QVONIAM AB ADOLESC. &c.

Nam bonum est utro, cum portauerit iugum ab
adolescentia sua, Threnorū 3. Est autem non nūdō Cōpatientia.
cre charitatis opus compatientia, qua cōmunes fiunt
afflictiones, & ut congratulatio bonis alienis cōmu
nicat, illa compassio, alienis afflictionibus, humeros
supponit. Cor. ii. Quis infirmatur, & ego non in
firmitate quis offenditur, & ego non uror: nam hæc nō
est mediocris, in aduersitate cōsolatio, quod ex com
muniōne sanctorum: certi sumus in afflictionibus

Dare maxillā
ad peccandū
est maledice
re et conuicti
ari.

A N N O T . I N H I O I

nōstris, totam ecclesiam, imō et Christū nobis cū.

S I VIDI P E R E V N T E M &c.

Est & pauperē uestire, charitatis opus, unde
stus in nouissimo die dicturus est: Venite benedicti
tris mei, possidete regnum &c. Esurii enī, &
distis mihi edere, sitiū, & dedistis mihi bibere: an
dico uobis, quatenus fecistis uni de ijs fratribus
minimis, mihi fecistis. Additur hoc loco, quod men-
tideri potest: nam ait, latera uelleribus agriorū me-
rum uestita, benedixerūt mihi. Latera ne benedicū-
tis. Ut sanguis Habel ad Deū clamat, non per se, sed pro-
pterea, quod innocenter effusus sit: ita latera, à pa-
uerita, propter fidem, è qua oritur beneficium, in ca-
lum clamat, & benefactori benedicunt: nam, etiam
si opus charitatis, in hominem ingratum collocatum
fuerit, non tamen cessat fides, operis author, à benedic-
tione, ut in Euangelio: facite uobis amicos de manu
mona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipient uos in
æterna tabernacula.

S I C O M M O V I C O N T R A P U P I L L U M

Pupillus, facile expositus est cuiusvis libidini, pro-
pterea quod neminem habeat ultorem: ait itaq; Hie
se nunquam in iudicijs, pupillum oppressisse, etiam
maxima potestate fuerit præditus, in porta, hoc est,
prætorio, aut, ut uocant, consistoriali: porta enim,
in scriptura, uel pro potentia & Magistratu, uel pro
loco, est

CAPITIS XXXI. 223

co Magistratus & iudiciorū adcipitur, ut Proverb.
Nobilis vir eius in portis, id est, prætorio: &
porta inferi, id est potentia, non præualebunt aduer=

sis Ecclesiam, Matth. 19.

HUMERVS MEVS DE SCAPVLA.

Deuotio, hoc est, si unq̄ in his tā enumeratis inique
rgam, rumpar medius, humerus meus de scapula ab
sentatur: brachiu meū de iuncturis suis conteratur.

QVONIAM TIMEBAM ADFLICTI=
ONEM &c. Id est, hæc omnia fecit, quia Dominum
Deum meo. Scio enim quanta supplicia minetur im=

proinde ne impiorū onere insustentabili obrue=

in proportione fidel, uitam meam institui: cur aut̄ dia

nesam Hobi adcederit, supra s̄æpe tractatum est.

SI POSVI AVRVM FIDUCIAM &c.

Si unq̄ confisus sum duitijs, & spem posui in au=

Avaritia.

Nominam auari, non ore quidem, sed confidentia, ad

auarum dicūt: spes mea tu es: hinc Paulus, auarum uo

cet idolatram, & auaritiam idolatriam.

SILAE TATVS SVM &c. Sic enī Psal. 51.

dicitur: Duitiæ si adflant, nolite cor adponere, & i-

Corinth. 7. Qui emunt, sint tanq̄ non possideant, &

qui utuntur hoc mundo, sint tanq̄ non utantur.

SI VIDILVMEN &c.

Videre lumen splendens, & lunam lucentem, hoc Lumen, scelio-

lco, est gloriaris felicitate: & ea pro sua libidine, nō citas.

A N N O T . I N H I O B

etiam uti quam frui. Siquidem lumen communum
huius libri pro felicitate sumitur. Itaq; inquit H
nunquam meis duitijs, successibus, potentia, aut
estate confisus sum, neq; gloriatus, sed in timore
mini, omnia mea administrabam: est autem carni
bil difficultus, quam ferre, ut dicitur, bonos dies: cu
us enim sub ijs succumbit, quam sub cruce.

S I G L O R I A T V M E S T &c.

Osculari ma
nus.

Osculari manus, est opus (quod per manus ins
tititur) proprium commendare, celebrare, & de
gloriari: est autem natura hypocitarum, sua commi
dare opera, id quod nihil aliud est, quam nomen Dei
blasphemare, omnis enim laus, & omne bonum
quouis opere, Dei est, non nostrum: proinde qui quod
Dei est, sibi usurpat, nominis Dei prophator est.
An non licet nomen Dei sibi usurpare? quid igitur si
des sibi uult, que alieno nomine nos uestit, & alien
instituta, que est Christi, nos participes facit? Alii
caro, aliter fides nomen Domini adsumit: nam caro,
Deo suum honorem detrahens, suis uribus, & mem
bris eum adscribit: fides uero, omnem turpitudinem su
bi adscribens, honorem soli Deo offert, & sub alien
umbra tegitur alienis plumis, id est, Christi institutio
se uestiens, non superbia carnali, sed sapientia spiritu
ali. Porro, quia manus osculari, & sua opera in alia
efferre, in Deum blasphemia est, ideo additur:

Commenda
re nomē suū
nō Dei, car
nis est hypo
critis blasphe
mia.

HAB

HAECE STINQVITAS IUDICIARIA:

Hoc est, grauiſſime punienda, hoc enim ipſo Deus
regatur, quo quis ſua ipſius opera celebrat, quādo ho-
norem Dei, creature, proprijs ſcilicet meritis & ope-
ribus adcepit ferat.

Fiducia ſuo-
rum operum
est abnegatio
Dei.

SI LAETATVS SVM IN RVINA.

Vt caro, inimico omnia mala imprecatur, ita &
latatur ſi quādo uiderit inimicū adflictū, id quod lege
boniſſij prohibetur; diligite, inquit Christus, inimi-
cos uetros: bene preceſtū deuouentibus uos &c.

SI NON DIXER VNT VIRI TABER-

NACVLI. Saturari de carne aduersarij, eſt male lo-
quenda imprecari aduersario, famam eius coſuittis
profendere: eſt igitur ſententia, non ſolum ego ipſe
non imprecabar inimicis meis mala, ſed nec paſſus
ſum, ut ueritabernaculi mei, id eſt tota mea familia, de
inimicis meis mala loqueretur, aut inuria eos officea-
re. Egregiū patris familias exemplū, ut nō ſolū ipſe
honeste uuat, uerum etiam familiam ſuā honestē inſti-
tuat, ne alienos, quālibet domino ſuo aduersarios tra-
dit. Vnde & Paul. iubet, Epifcopum eligi, qui ha-
bit liberos obedientes, familiam bene iuuitam.

Boni patrif-
familias offi-
cium.

IN PLATEA NON PERNOC TAVIT.

Hospitalitas enim ſumme in ſacris literis commen-
datur, per hanc enim & Abraham & Loth inſcri-
bi, exceperunt angelos hospitio.

ANNOT. IN HIOS

SIOCCVLTAVI &c. Hominis enim natura
Hospitalitas. est, sua peccata abscondere, aut si id non potest ex-
sare, adeoq; genuina est, ab Adam primo parente,
nos usq; traducta, ut Habes Gen. 3.

SIEXP AVI MVLTITVDINEM &c.
Multitudo, Nunquam peruersti iudicium, nec secessus sum in
Cognati, Ex lum exemplum, motus, uel peccantium multitudi-
emplum, non uel fauore cognatorum meorum: qui etiam si me pro-
moueant à iu- pter institutam persequebantur, aut contemnebant
sticia. nunquam tamen, ne tantilli quidem eorum contem-
ptum feci, ut propter ipsos à recta via declinasset,
Exodi 23. Nō sequeris turbam ad faciendum malum,
nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententia, à uero denies.

SI TACVI NON EGREDIENS.
Nunquam causæ alicuius æquitatem obiciui, nec
deserta iusta cauſſa, domi me continui, motus, uel ad-
uersariorum multitudine, uel metu cognatorū, cause
affinium, uel pecunia corruptus. Quale narrat de De-
mosthene Gellius: is enim, lana multa collum, ceru-
cesq; circumvolutus, dum agebatur causa legatorum
Miletii, ad populū prodijſſe fertur, et dixisse, σωάρχην
χνύſe pati, eo contra Milesios loqui non posse: tum
ἐ populo unum exclamasse, nō σωάρχην, sed ἀγρά-
ρχην esse, pecunia enim corruptus Legatorum,
silentium agebat.

Quis

B CAPITIS XXXII. 225

Quis dabit mihi auditorem? & si desiderium meum omnipotens exaudiat, ut librum scribat quispiam de caussa mea.

Si non super humerum meum leuam ipsum, & circundarem ipsum mihi (quasi coronam).

Numerum gressuum meorum adducarem illi, quasi princeps offerrem illi (caussam meam)

Si aduersum me terra mea clamauerit, & simul sulci eius defleuerint.

Si fructum eius comedи absq; argento & animam agricolarū eius feci spirare.

Pro tritico nascatur carduus, & p hordeo spina. Finita sunt uerba Hiob.

Quis dabit, ut omnipotens exaudiat desiderium meum: optatis uerba sunt, quod nos una dictione, Minim, exprimimus: optat autē Hiob, ut sibi continet, diligens quispiam amanuensis scriptor, qui hanc controvèrsiam, quam cura amicis habet, literis manu det, ut posteri de ea iudicare possint: quasi diceret: in hac caussa, adpello posteros, taliē enim habeo aduersus amicos meos, quam uellem omnibus hominibus notam, non tam hoc tempore uiuentibus, quam postea quibus indicibus, certam mihi uictoriam polli-

Ff

ANNOT. IN HIOB

cerer adeo nullius criminis mihi conscius sum.

SI NON SUPER HUMERVM &c

Iurantis est, & potest uel ad scriptorē, uel ad controvērsiæ cauſsam referri: si ad scriptorē referas, hanc habet sententiā: Si mihi, inquit, amanuensis quispli (quē nunc uulgo uocabulo, notarium uocant) contingeret, in humeros meos, eum eleuare, hoc est, ita etarem eū omni beneficiorū genere, dignis celebrari laudibus, & tanquā capitīs mei coronam obseruare. Si ad cauſsam referas, ita exponito. Si quem habēti, qui scriptis cauſsam nostrā exciperet: paratū ei promptum me exhiberem, quo summa diligentia, singula queq; ad cauſſe & equitatem spectantia, dictarem.

NUMERVM GRESSVV M &c.

Quasi princeps, hoc est, animo liberrimo (solent enim Principes liberi esse dicendo) & exposuſſimis totam meam cauſsam, & totius ultae meae rationē explanarem ac describerem, ut posteri quiq; uel medio crisi iudicij homines de ea certissime iudicare possent.

SI ADVERSVM ME &c.

Redit Hiob ad catalogum, & rationem ultae sua

Exactiones. anteactae, dicens: Nunq; memini me plus iusto, ab agri colis extorsisse, ut propterea formidem, ne gemitus eorum contra exactiones meas, ad cœlum clament. Solent enim tyranni à suis agricolis multo plura extorquere, quam agri eorum producere possunt, quen admodum

admodum et Pharaon ab Israëlitis laterū mensuram de negatis etiā paleis, exigebat. Ut igitur sanguis Habel inuste occisi, ultionem clamabat: ita agrorum sulci, unde plus equo tyranni carnifices extorquent, vindictam clamare nunquam cessant, Iacobi. Ecce merces operariorū, qui messuerūt regiones uestras, quæ fratre non redditæ est à uobis, clamat &c.

SI FRVCTVM EIVS COMEDI.

Nunquam gratis exegi, aut tyrannide quadam extorsi, quicquam frumentorum ab agricolis, miliis sub iecidi, nec unquam graubus oneribus eos oppressi, ut preijs nō licuerit eis respirare, aut coacti fuerint ingemiscere, aut succumbere: nam si tale quid designaverim, non renuo meritum supplicium. Age, pro tritico nascatur spina; pro hordeo, carduus, id est, sim maledictus: tam cum nihil malii aduersus Dominum commiserum, reliquum est, ut contra amicorum meorum sententiam, certissimis argumentis concludam, me à Domino cura omne peccati meriti afflictum esse.

CA. XXXII.

ET cessarunt tres uiri isti respondere Hiobi, propterea quod iustus sibi ipsi videbatur;

Ef 2